Petro Magiro.
Predic^t. in 't Brielsche Nieuwland, ontrent de Nieuwstraet inden Briel.
20. Apr. 1637.



Quando me vis facere, vir doct^me quod a me
mihi expectandum sit, et expetendum; aio, fieri n[on]
posse, quin ab ipsa Invidia omne punctum feras
cum id quod in omni scriptione scopo proximum, non dubie attigeris,
utile dulci mixtum. Hoc de politissimo parerg-
tuo, mihi quidem subitanea est, quam, ut innuere
videris, epigrammatis inclusisse potuerit, nisi me
transversum agere, quam video involvisse tibi,
calamitati domesticae atra nubes. ut de
occupationib. aulicis nihil dicam, pistrino me
sive manis, Ixionia rota, per quam [illegible] ad
Musarum amoenitates rarissime quidem respirandi
facultas datur. Vale itaque, et sime amare [illegible]
velle nunc excusatum habe sive istam nec minus ac
tui studiosissimum. Hagae. XII. Cal. Maij
CIↃIↃCXXXVII.